[illegible] ex interiori parte exiſſent.
[illegible] clara coram omnib; dix; Dñe ihu xpe
obſecro te. ut ſciat haec omñs turba. quia idolũ
hoc dianę. demoniũ .ẽ. & non dṡ. corruat cũ
omñibus manu factis ydolis que coluntur in eo
ita ut nullã in omnib; leſionẽ faciat; Continuo
autẽ ad hanc uocẽ apli. omña ſimul cũ tẽplo
ſuo idola ita corruerunt. ut efficerentur
ſicut puluis quem picit uentus a facie trę;
Conuerſi ſunt autẽ eadẽ die duodecim milia
gentiliũ uirorũ. exceptis paruulis & mu
lieribus. & baptiſmati ſunt conſecrati uir
tute; Congregauit autẽ exercitũ. ariſto
dimus qui erat pontifex omñiũ idolorum.
repletus ſpiritu nequiſſimo. excitauit
ſeditionẽ in poplo. ita ut poplr contra po
puliũ pararetur ad bellũ; Sed beatus
iohs ait; Dic mihi ariſtodime. q̇d faciã
ut tollã indignationẽ de animo tuo.
Cui ariſtodimus reſpondit; Si uis ut credã
dõ tuo. dabo tibi uenenũ bibere; Quod cũ
biberis ſi non fueris mortuus. apparebit
uerũ eſſe dñm tuũ; Cui aplſ ait; Venenũ
tu ſi dederis mihi bibere. inuocato nomine
dñi mei. non poterit nocere mihi; Cui ariſ
todimus ait; Prius .ẽ. ut uideas bibentes
& ſtatim morientes. ut uel ſic poſſit cor
tuũ ab hoc poculo formidare; Cui beatꝰ
iohannes reſpondit; Iã dixi tibi tu pa
ratus eſto credere in dñm meũ ihm xpm.
cũ me uideris poſt ueneni poculũ ſanũ;
Perrexit itaq; ariſtodimus ad pconſulẽ
& petiit ab eo duos uiros. qui p ſuis erant
ſceleribus decollandi. & ſtatuens eos
in medio foro coram omñi poplo in conſ
pectu apli. fecit eos uenenũ bibere;
Qui mox ut biberunt. ſpm exalarunt;

Tunc ait ariſtodimus. Audi me iohannes
aut recede ab iſto doctrina qua a deorũ
cultura populũ reuocaſti. aut accipe &
bibe. ut oſtendas omñipotentẽ .ẽẽ. dñm tuũ.
ſi poſtea quã biberis potueris incolumis
pmanere; Tunc beatus iohs iacentibus
mortuis his qui uenenũ biberant intrepidus
& conſtans. accipiens calicẽ & ſignaculũ
crucis faciens in eo. dixit; Dſ mſ & patr
dñi mei ihu xpi. cuius uerbo celi firmati ſunt.
cui omña ſubiecta ſunt. cui omñis creatura
deſeruit. & omñis poteſtas ſubiecta .ẽ.
& metuit & expaueſcit. cũ noſ te ad au
xiliũ inuocamus. cuius audito nomine
ſerpens conquieſcit. dracho fugit. ſilet
uipera. & rubeta illa que dicitur rana.
inquieta torpeſcit. ſcorpius extinguitur.
regulus uincitur. & phalangius nihil
noxiũ operatur. & omña uenenata &
ad huc fortiora repentia. & animalia
noxia tenebrantur. & omñs aduerſe ſalutis
humane radices areſcunt. tu extingue
huius ueneni uires. extingue opationis
eius mortiferas. & uires quas in ſe habet.
euacua. et da in conſpectu tuo omñibus
his quos tu creaſti oculos ut uideant. et
aures ut audiant. & cor ut magnitudinẽ
tuã intelligant; Et cũ haec dixiſſet.
os ſuũ & totũ ſemetipſũ armauit ſigno
crucis. & bibit totũ quod erat in calice;
Et poſtquã bibit. dixit; Peto ut proptẽ quos
bibi conuertantur ad te dñe. & ſalutẽ
quę apud te .ẽ. te inluminante pcipere
mereantur; Adtendentes autẽ popli
iohannẽ p tres horas uultũ habentẽ ylarẽ.
& nulla penitus ſigna palloris. aut tre
pidationis habentẽ. clamare ceperunt;

License: cc-by-nc – Bern, Burgerbibliothek, Cod. A 94.12, 11r – Passiones et Homiliae sanctorum
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-vfyk/5161/49421)